



**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

2. Quæstiones aliquot circa materiam Diaconatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

## §. II. Quæstiones aliquot circa Presbyteratum?

1. Prima quæstio. An Sacerdos ante ultimam manuum impositionem, & post dictam Calicis, & Patenæ traditionem, ejusque prolationem, formam, validè consecrat sanctissimum Christi Corpus & Sanguinem?

Respondeo validè, quia jam per illam traditionem completè ipsi communicata est hæc potestas, & ut habetur ex Tridentino *loc. cit.* per illam est verè Sacerdos, ac de facto validè consecrat in Missa Ordinationis, quam concelebrat cum Episcopo, antequam accipiat, per dictam manuum impositionem potestatem absolventi à peccatis; consecrat, inquam, in dicta Missa Ordinationis, sive solus, sive actione communi, cum aliis, quæ sunt quæstiones à Scholasticis agitatae.

2. Hinc vides, Primo, has duas potestates, id est consecrandi Eucharistiam, & absolventi à peccatis, esse inter se distinctas, nec unam ab alia dependere, non vero ita in aliis Ordinibus, ut pluribus prosequuntur iidem Scholastici.

3. Hinc etiam vides Secundo, si cui fortè per errorem vel quid simile, tradita est prior potestas, non vero posterior invalidè absolvere à peccatis.

Vides Tertio, in prædicto casu, solum posteriore esse supplendam, quia prior suum effectum habuit, suumque Characterem impressit.

4. Quæstio secunda. Vtrum necesse sit necessitate valoris Sacramenti, ut ordinandus tangat immediatè Hostiam, an sufficiat tangere cum Calice solum Patenam, ubi est Hostia, non vero ipsam Hostiam?

Respondeo, cum G. Hurt. *de Ord. diff. 15.* Coninc. *d. 20. dub. 7. n. 71.* Castrop. *de Ord. d. vn. p. 4. num. 20.* Valq. Gra. Sanch. apud Leand. *de Ord. d. 3. q. 24.* longe probabilius est etiam practicè sufficere, si cum Calice solum Patenam, ubi sit Hostia tangat, sufficienter enim dicitur acceptare Hostiam, dum acceptat vas in quo illa est: sicut de facto non tangitur Vinum, sed Calix, in quo illud continetur. Ita Gaspar. Hurtad. *loc. cit.* dicens id esse maximè certum moraliter; & rectè Valq. *d. 146. c. 2. n. 19. & 20.* alique apud Leand. *l. c. q. 24. not.* cum ordinatus habeat tunc manus linteis colligatas difficile esse tangere cum Calice ipsam Hostiam, præsertim habenti digitos breviores, & denique Leander rectè hic putat, etiam si sit præceptum tangendi ipsam Hostiam, non esse credibile esse sub mortali, &c.

5. Quæstio tertia. Si tradatur Hostia immediatè in manum Sacerdotis, vel, si tradatur Hostia, & Vinum simul immixta in Calice, validè est Ordinatio?

Respondeo validam esse, quia id, quod per se, & de essentia requiritur, est traditio illarum substantiarum, & solum ob congruentiam, ex præcepto Ecclesiæ usurpatur Calix, & Patena.

6. Quæstio quarta. Satisne est tangere Calicem, in quo sit vinum, & cui superimposita sit Patena cum Hostia, sine necessitate tangendi physicè ipsam Patenam: quæ quæstio communis est etiam Subdiacono, licet pro hoc, sine Vino, & Hostia.

Respondeo, cum Coninch. *l. c.* Gaspar. Hurt. Valq. Val. alique apud Leand. *l. c. q. 25.* ad valorem satis esse, quia Calix, & Patena Calici superposita videntur facere unum, & ex alia parte, sicuti pro Sacerdotio, pro quo debet in Calice adesse vinum, sufficit ad ipsum vinum moraliter, & humano modo tangendum, si tangatur vas illud continens, ita nunc sufficere tangere Calicem non continens supra se Patenam, in qua sit Hostia, ad hoc, ut morali modo, dicatur, & ipsa Patena cum Hostia tangi. At vero ex præcepto, secundum Coninch. *l. c.* & Castrop. *de Ord. d. vn. p. 4. n. 20.* seu saltem antiqua consuetudine: tum Patena, tum Calix tangenda sine dubio sunt.

7. Propter prædictam rationem ductam à natura contactus moralis, sufficit etiam ad valorem, ut vult

Castrop. *l. c.* Avers. *q. 2. sect. 2. v. non per hoc, cum Calix Valq. Bonac.* si tangatur Calix, & Patena vel cooperata, vel si tradantur in disco: ut, vel uti ponitur hæc immediatè, non verò Calix, & Patena tangantur, sic enim etiam ipsa humano tanguntur.

8. Denique adverte, non esse necesse prædictum, ut uti habet, Avers. *loc. cit.* est tangere extremum digiti, modo, quia satis esset tangere vna manu, dicitur *ibidem*, ideo satis esse puto, si vno extremo digiti tangatur, quia, sic sufficientissimè quælibet res est, & de tacta.

9. Quæstio quinta. Quandoquidem pro Ordinatione Sacerdotis Calix vinum continere debet, & Patena Hostiam, ut dictum est, esse ne valida initiatio, si alterutrum? v.g. esset solum vinum in Calice, vel Hostia in Patena?

Respondeo, Video speculative sustineri posse, ut Henr. *l. 10. c. 6. Fill. tr. 9. c. 1. n. 43.* & alii citati Leand. *de Ord. q. 8.* esse validam, quia, dum datur potestas consecrandi unam speciem, indivisibiliter datur potestas consecrandi, & aliam; tamen, quia cum summo rigore, que requiratur ab antiquissima Ecclesiæ consuetudine, ideo dubia, saltem, mihi semper erit cum Gaspar. Hurt. *Ord. diff. 15. v. observandum*, March. *p. 8. c. 5. Avers. sect. 8.* alios citans Leand. *l. c. q. 9.* practicè epulanda initiatio alterutra specie carens, & propterea sub conditione rependa, ut factum esse testatur Tannerus *l. 4. c. 2. dub. 4.* in eventu hujus casus, qui ipsius ætate fuit generenter exagitatus.

10. Subinquires. Quid, si in Calice sit vinum sine aqua, vel vinum aqua multa dilutum?

Respondeo, si vinum solum, sufficiens erit ad valorem sine dubio, aqua enim solum imponitur ex præcepto, si vinum sit aqua multa dilutum, distinguendum est, si vinum sit aqua non sit in tanta quantitate, ut illud non amittat denominationem vini, ita scilicet, ut possit esse, ut possit evenire, si vinum sit valde generosum, quæ quantitas fuerit nonnihil notabilis, erit ad valorem Ordinis sufficiens: at, si in tanta quantitate in quo vinum sit admodum leve, nec valde generosum, quam sufficeret, seu saltem valde dubia redderetur Ordinario. Ratio est manifesta, quia in priori casu dicitur absolutè in Calice esse vinum, in posteriore autem non item, vel certe sub dubio.

11. Non multis abhinc annis, peracta jam aliquot Sacre dotum promotione comprehensum est in Calice, qui ad illam Ordinationem usurpatus fuit, ita fuisse, ut ab imperito Ministro totam aquam, & totum vinum, quibus Vrecoli consueti parvis magnitudinis plenam, & præsto edent in abaco ad sacrum ministerium, ibi biturumque fuit, an tanta mistio aquæ adduxerit vinum illud ab absoluta denominatione vini?

Super qua dubitatione longa, diligenter discussa facta est à Theologis, inter quos ego adhuc omnino opinor; omnique præter admodum paucos decreverunt illos Sacerdotes debere, sub conditione, Ordinem suum ritè recipere, saltem propter rationes, quas supra §. 1. à num. 7. indicavi, cum agerem de contactu patenæ materię Ordinationis, cui sententiæ probi illi Sacerdotes, imo, & idem Episcopus, qui illos initiaverat, assenserunt.

12. An Calix, & Patena debeant esse consecrata? *Supra c. 3. §. 2. n. 2.*

An debeat intercedere contactus physicus? *Idem ibi à num. 5.*

An simul cum prolatione formæ? *Idem ibi num. 10.*

NOTATIO PRO CASU, QVO SIT,  
Reiteranda Ordinatio sub conditione.

13. Ad reddendam faciem ejusmodi reiterationem, quæ propter aliquos casus supradictos, vel similes, est sub conditione exhibenda, notetur, eam posse fieri quolibet anni tempore, posse à quocunque Episcopo, posse in Oratorio privato, posse absque ceteris Ceremoniis, sed solum supplendo id, in quo adest dubium. Ratio est, quia solemnitates, aliis requisita, sunt instituta pro Ordinatione absoluta, non autem pro Ordinatione conditionata; tunc enim non est Ordinationem celebrare, sed, quod imperfectè præstitum est, supplere. Ita ex Granado Quintanadueñas, de Ordin. §. 1.

## CAPUT VI.

## De Subiecto Ordinis.

## §. I. Quoad valorem.

1. Ordinis capax est solum Baptizatus, c. Veniens de Presb. non Baptizatis, & passim, & quidem mas u. vult Leand. alios citans de Ord. a. 1. March. alios citans de Ord. v. 1. part. 4. cap. 4. Excluditur ergo femina, & is, qui Ianuam Sacramentorum, id est Baptismi non est ingressus.

2. De non Baptizato nil incurrit, quod addam, de femina illud queri solet, an is qui simul femina est, & masculus quem Hermaphroditum appellamus, sit capax Ordinis.

## HERMAPHRODITVS.

3. Respondeo, Is Hermaphroditus, in quo prævalet, scilicet virilis, est Ordinis capax, sicut, & matrimonii. Ita Leand. March. 11. cc. Verum, irregularisne est? Affirmat Henriquez; Negat Hurtadus, de irreg. diff. 14. n. 52. Sed certe etiam si non esset in rigore irregularis, tenendum tamen est cum Castrop. de Ord. d. 2. n. 6. n. 3. illum non esse ordinandum, quia in se monstruosum esset, hominem aliquo tandem modo feminam, ordinari.

4. Is autem, in quo prævalet femineus sexus, Ordinis capax non erit.

5. Is denique, in quo uterque sexus æque prævalet, quod tamen nunquam esse, sed necessario vnum prævalere putat Vasquez d. 145. cap. 2. num. 12. aliqui affirmant capacem esse Ordinis, aliqui negant, sed concordant omnes, esse propter modo dictam rationem irregularem. Vnde hæc fuso disputata apud citatos.

6. Sed quid Primò, de eo, qui nullum sexum habet qualem puerum natum esse, testatur Livius? Dec. 4. l. 1.

Respondeo, Incapacem Ordinis hunc pronuncio, quia verè non est vir.

7. Quid, Secundò, de eo qui ex muliere erupit in virum?

Respondeo, Hinc non erit incapax, nec ex hoc capite irregularis. Ratio est, quia præsens status debet considerari, quo jam est vir, & in nihilo femina. Quod si, ita erumpat in virum, ut remaneat etiam femina, idem erit, quod modo dictum est n. 5.

8. Quid Tertiò, si ex viro desciscat quis in mulierem?

Respondeo, Id evenire posse difficile apparet Ioanni Daisio in resp. moral. l. 1. d. 31. sed tamen, id si eveniret, esset incapax Ordinis, quia secundum præsentem statum femina esse, supponitur.

9. Sed si antea fuerat ordinatus, amitterne Characterem Sacerdotii, posset ne consecrari valide?

Respondeo, Id dicam infra lib. 8. tr. 1. de matr. cap. 12. §. 1. num. 36.

10. Qui se finxit feminam, irregularem, volunt Masculus, de irreg. l. 1. cap. 27. num. 4. & Vgolinus, de irregul.

Pars III.

cap. 48. §. 2. num. 2. sed certè nullo fundamento, dictum est, nisi fortè aliud addatur caput, quale posset esse infamia ex ejusmodi fictione contracta.

## P V E R.

11. Is Puer, quis caret usu rationis, id est infans, capax est Ordinis. Unde validè eos suscipere, docent communiter Doctores apud Leand. d. 5. Ord. §. 8. ex c. 2. de Cl. per saltum promissio, & ego sup. indicavi c. 1. §. 1. n. 15.

12. Multi tamen addunt ex Doctrina Sancti Thomæ, alioquin, apud Castrop. d. 2. de Ord. p. 7. n. 5. infansem invalide ordinari in Episcopum, quia Episcopus consecratur in pastorem, ad quod munus est incapax, qui ratione caret. Sed certè, sic etiam esset incapax potestatis ad absolvendum à peccatis. Ergo non posset ordinari in Sacerdotem cum hac potestate. Propter hanc rationem, aliasque, Dicastillus de Ord. d. 1. dub. 2. l. n. 3. 18. sustinet etiam infansem valide ordinari in Episcopum.

EXCOMMUNICATVS, QVEM NOLIT  
Episcopus ordinare, &c.

23. Mos est, ut Episcopus, ante Ordinationem, enunciare faciat, se non intendere ordinare excommunicatum, irregularem, nec fortè accedentem ad Ordines, nec similes. Iam queritur, si quis ex dictis adhuc ad Ordines suscipiendos accederet, validène ordinaretur, si non propriè ex defectu capacitatis suæ, certe ex defectu intentionis Episcopi juvat enim hac occasione, id breviter explicare.

Respondeo, esse multo probabilius, valide ordinari; Tum quia, ut habetur in Pontificali, potest prædictam protestationem solet Episcopus, absolvere ordinandos ab omni excommunicatione ad effectum solum illos Ordines suscipiendi. Tum quia illam protestationem ad terrorem enunciat, habet autem animum, etiam intrusos promovendi; Tum quia idem Episcopus (nisi oppositum constet) præsumitur, quando actu confert Ordines, voluntatem prægere, si quam contrariam habuit, mutare, & illum jam præsentem ordinari. Dico (nisi oppositum constet) nam si certo constaret, Episcopum persistere in ea negativa voluntate, nec te absolvisse, certum est, te Ordinem non recipere, quia intentio ministrantis semper requiritur ad valorem Sacramenti. Ita Sanch. lib. 7. matr. d. 16. n. 11. Layman, de Sacram. in com. c. 4. n. 7. Theaur. de Pen. Eccl. p. 2. v. Ord. c. 7. Imò adverte, quando agitur de Sacerdotio, si aliquod sit rationabile dubium de voluntate Episcopi debere sub conditione reiterari Sacerdotii initiationem, id enim persuadet periculum gravium damnorum, si fortè prior initiatio fuit invalida, ut in universum alibi dictum est superius.

Pro consolatione Lectoris sic benigne habet S. V. Ordo n. 38. Si Episcopus dicat: nolo, vel non intendo, ordinare excommunicatos, vel irregulares, intelligitur, si sciat talem esse. Quare is, quem ordinat, non sciens talem esse, vere est ordinatus. Hæc S. Non tamen omitterem conditionatam Reordinationem.

## §. II. Quoad licitam receptionem Ordinum.

I. Vt licitè quis Ordines recipiat, debet Primo, esse confirmatus.

II. Tantam habere ætatem, quantam requirunt Sacri Canones.

III. Titulum habere patrimonii, vel beneficii, vel Religiosæ paupertatis.

IV. Non esse irregularem, vel simili affectum impedimento, quæ omnia impedimenta simul colligit Trull. de Ord. l. 6. cap. 2. n. d. 11. n. 12.

V. Sufficientibus esse literis peritum.

VI. Esse in statu gratiæ.

Quoniam vero de Primo, L. 3. de Conf. c. 3. §. 4. num. 4. Quarto, Cum irreg. c. 6. §. 1. Quinto, Ibid. c. 12. §. 1. & 2. & Sexto, lib. 1. de Sacram. in gen. cap. 3. §. 2. alibi commodior est tractandi locus, hæc solum superest de duobus agere puta de ætate, & de titulo.

K DE